



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs  
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Art. II. An multitudo Angelorum, numerum specierum materialium, &  
naturæ humanæ individuorum, excedat?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

Addo quod implicat dari materiam purè spiritualis. Nam ut discurrat S. Thomas opif. 15. cap. 7. repugnat dari materiam, qua ex se non sit pura potentia in ratione substantiae, per exclusionem saltem omnis actus & perfectionis formalis; Sed materia purè spiritualis nequit esse pura potentia in ratione substantiae: Ergo ne habere veram rationem materiæ. Major patet, Minor probatur. Materia spiritualis si datur, ex vi sua spiritualitatis, non solum supra materialis corporalem, sed etiam supra formas corporeas elevaretur; effet enim ordinis superioris ad illas: Ergo cum forma corporea sit actus & non pura potentia, materia spiritualis illam excedens effet etiam actus; immo magis haberet de actu, quam qualibet forma corporea: Atqui (subsumo) enitas actualior qualibet formâ corporeâ, nequit habere rationem puræ potentiae, ut patet: Ergo materia purè spiritualis, nequit esse pura potentia, in ratione substantiae.

**26** Objicies primò: Augustinus 12. confess. dicit quod Deus fecit materiam communem visibilium & invisibilium: Invisibilia autem sunt substantiae spirituales; Ergo substantiae spirituales habent materiam: Non corpoream: Ergo spiritualis.

Respondeo ex D. Thoma quest. unicâ de spiritualibus creaturis, art. 1. ad 4. D. Augustinum nomine materiæ visibilium & invisibilium, non intelligere materiam primam, sed informitatem, sive potentialitatem quandam, proportionaliter communem materiæ corporeæ & substantiae spiritualis; quatenus scilicet materia prima caret omni specie seu actu, Angelus vero prius est creatus quam converteretur ad Verbum, à quo illuminatur, atque adeo in potentia intelligibili fuit productus.

**27** Objicies secundò: Ubiunque reperitur aliqua forma, ibi debet reperiiri materia illi proportionata, juxta commune illud axioma, *actus & potentia sunt ejusdem generis*: Sed in substantiis spiritualibus reperitur aliqua forma spiritualis & incorporeæ: Ergo etiam intra illud genus datur debet materia spiritualis.

Respondeo illud axioma solum verificari de actu receptibili, & dependente à materia, non autem de irreceptibili & independente à materia, qualis est substantia Angeli.

**28** Objicies tertio: Si substantia Angeli esset omnis compositionis substantialis expers, esset omnino simplex: Sed hoc non est dicendum, cum simplicitas sit attributum soli Deo convenientis: Ergo nec illud.

Sed negatur sequela Majoris: quia summa simplicitati non solum repugnat componi, sed etiam compogere: licet autem in essentia Angeli nulla sit realis compositio, ipsa tamen cum existentia Angelum componit: existentia enim in omnibus rebus creatis, tam spiritualibus, quam corporeis, realiter distinguitur ab essentia, & per consequens realem cum ea compositionem facit, ut docet D. Thomas 2. contra Gent. cap. 52. & 53. & hic art. 2. ad 3. ubi ait: *Licet in Angelo non sit compositio forme & materiae, est tamen in eo actus & potentia: quod quidem manifestum potest esse ex consideratione rerum materialium, in quibus inventur duplex compositio*. Prima quidem forme & materia, ex quibus constituitur aliqua natura: natura autem sic composita, non est suum esse, sed esse est actus eius.

**29** Objicies ultimò: Compositio ex genere &

A differentia supponit compositionem ex materia & forma; cum genus sumatur à materia, & differentia à forma, ut variis in locis docet Antiphonites: Sed substantia Angeli, cum sit finita, & terminis essentia terminata, ex genere & differentia componitur: Ergo illa pariter conflat ex materia & forma.

Respondeo Majorem veram esse in substantiis materialibus, non vero in spiritualibus. Nam ut ait D. Thomas h[ic] art. 2. ad 1. In rebus materialibus aliud est quod determinat ad speciem gradum, scilicet forma, & aliud quod determinatur, scilicet materia: unde ab alio sumitur genus, & ab alio differentia. Sed in rebus immaterialibus non est aliud determinans & determinatum, sed unaque earum secundum seipsum tenet determinatum gradum in entibus; & ideo genus & differentia in eorum accipiuntur secundum aliud & aliud, sed secundum unum & idem, que tamen differunt secundum conderationem nostram: in quantum enim intellectus transfer considerat illam rem ut indeterminata, accipit in eis ratio generis, in quantum vero considerat ut determinata, accipit ratio differentiae. Licet ergo in substantiis materialibus genus desumatur à materia, tanquam à prima radice, & differentia à forma: in spiritualibus tamen non est aliud principium generis & differentiae, quam ipsa met essentia, ut habet rationem determinabilis & determinativi, sive prout magis distat ab essentia, aut appropinquat ad ipsam, ut explicare solent nostri Thomistæ in Logica,

## ARTICULUS II.

*An multitudo Angelorum, numerum specierum materialium, & natura humana individuorum, excedat?*

### S. I.

*Premittuntur que apud omnes sunt certa.*

**D** Tria ut certa supponimus, & aliud verius in controversiam. In primis certum estimam ac prorsus stupendam esse Angelorum multitudinem: Dei enim, summi Principis & potentissimi Imperatoris numerosam familiam, & copiosum exercitum esse decet; juxta illud Proverb. 14. *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis*. Unde Daniel. 7. dicitur: *Milia millium ministrabant ei, & deces centena milia absistebant ei*. Et Joannes in Apocalypsi ait: *Et erat numerus eorum pupulus myriadum, et myriadum, et myriadum, quibus verbis innumerabilis multitudo significatur, quam Latinus interpres ita expressit: Et erat numerus eorum millia millium: sic enim incertus numerus & propemodum infinitus exprimitur*. Similiter Psa. 67. Prophet ait: *Curus Dei decem milibus multiplex*. Ubi Hebraica vox τέλος quam Chaldaeus Paraphrastes: *In plerisque Hebraeorum, ita intelligent, ut Angelos significet: Vulgata versio multiplicem, scilicet Angelorum numerum, significare intellexit & expressit*. Demum Job 25. dicitur: *Nunquid est numerus militum eius? Ubi militum nomine intelliguntur collectum virtutum exercitus, ut exponit D. Greg. 17. Moral. c. 9. subd[icitus]: In cognitione humana rationis, supernorum spirituum numerus non est: quis quantia sit illa frequentia invisibilium exercitus nescit*.

Sapientia

*Superiorum ciborum numerus infinitus & definitus ex-  
primuntur; ut qui Deo est numerabilis, esse hominibus  
innumerabilis demonstretur. Idem docet Ambro-  
sius 7. in Lucam ad cap. 15. dicens innumerabiles  
greges angelorum, Archangelorum, Dominatio-  
num &c. Item Cyrilillus Hierosolymitanus ca-  
tedrali 15. ait: Ex loci magnitudine incolarum  
multitudine estimari solet. Est autem universa terra  
perterritor in eoli medio. Quibus verbis signifi-  
car, quod sicut vastitas celi Empyrei est pene  
incomprehensibilis, comparata ad terram, ita  
& Angelorum multitudine per comparationem  
ad res corporales & materiales. Quā etiam com-  
paratione utitur D. Thomas hic art. 3.*

Hinc exclusa manet sententia aliquorum  
existimantium, eam esse rationem multitudinis  
hominum, ad Angelorum numerum, quæ est  
unius ad nonaginta novem: quoniam id suadere  
parabolæ illa videretur hominis, qui centum oves  
habens, unam amissi, quam relicts nonaginta  
novem, quæcum abit, & inventat humeris re-  
portationam ovis illa unica, humana esse natura  
vulgo creditur, Angeli vero reliqua. Ita Hila-  
rios in Matth. Can. 18. ubi sic ait: Oris una, homo  
intelligendus est; & sub homine uno universitas sen-  
tientia est. Sed in unius Ade errore, omne bonum gen-  
tu aberravit. Ergo nonaginta novem non errantes,  
multitudine Angelorum celestium opinanda est; quibus  
in celo est letitia, & cura salutis humanae. Et Am-  
bos lib. 7. in Lucam: Dives igitur pastor, in-  
quit, cuius omnes nos centesima portio sumus, ha-  
bet Angelorum, habet Archangelorum, Domi-  
nationum, Potestatum, Thronorum, aliorum-  
que innumerabiles greges, quos in montibus derelici-  
git: qui quoniam sunt rationabiles, non im-  
merito hominum redemptio latantur. Demum  
Gregorius Nyssenus lib. 1. cont. Eunomium:  
Iles qui omnem creaturam rationalem possunt, reliquo  
incessu non errante, ac supermundano grege, ad  
irantem orem, nostram videlicet naturam, pra-  
mato hominum recedit. Est enim multissima, mini-  
mique portio natura humana, si cum universo com-  
paratur que sola, ut est in parabolæ ratioinalis centu-  
reger multitudinem aberravit. Ex dictis, inquam, ex-  
cludit & confutata manet hæc sententia, tum  
qua Scriptura locis adductis innumerabilem  
prope docet esse Angelorum multitudinem:  
nam etiam, quia comparatio illa quā D. Cyril-  
lus, & S. Thomas utuntur, indicat multò maior-  
em esse Angelorum copiam, quam ut eam pro-  
portionem ad homines habeat, quæ est nonaginta  
novem ad unum: longe enim excessu majore,  
terra superatur à celo empyreo, quam unitas à  
centenario. Nec testimonia Patrum quæ addu-  
ximus, huic faveant sententia, nam iis solūm in-  
dicatur summus amor quo Deus naturam hu-  
manam in mysterio Incarnationis prosecutus est,  
et quod tale mysterium, non in bonum & glo-  
riam Angelorum, sed in salutem & redemptio-  
nem hominum, ordinaverit. De quo fusæ in  
Tractatu de Incarnatione.

Secundum, certum & indubitatum est apud  
omnes, Angelorum multitudinem, eti maxima  
et pene innumerabilis sit, non esse tamen infinita:  
quod multis argumentis probat Guille-  
mus Parisiensis Episcopus. Et inter articulos  
Parisii dannates a Stephano Episcopo, recen-  
suerit ille: Item quod substantia separata, sunt in a-  
du infinite: infinitas enim non est impossibilis, nisi in  
rebus materialibus.

Tertio ut certum supponimus, quod licet  
item, II.

A maxima & stupenda sit Angelorum multitudine,  
non tamen probabile aut credibile est, illam es-  
se tantam, quod numerum omnium individuo-  
rum hujus universi excedat, ut Lyranus & qui-  
dam alii existimant. Quis enim crederet eos esse  
plures omnibus maris arenis, & aeris atomis,  
& arborum foliis, quæ fuerint, sunt, & erunt.  
Addamus muscas, culices, pulices, vermes, for-  
micas, haleces, cum ceteris fluviorum marisque  
piscibus; grana tritici, hordei, avenæ, milij, &  
aliorum leguminum, quorum innumera prope-  
modum est multitudine. Certè licet absolute non  
repugnet tantam, immo & maiorem dari Ange-  
lorum multitudinem; cum potentia Dei infinita  
sit, & nullo finito numero exhaustiri possit, hoc  
tamen ordini ejus Sapientiae & Providentiae  
non videtur conveniens, ut infinita patebit. Unde  
solum restat dubium, an tanta sit Angelorum  
multitudine, ut saltet omnes species rerum cor-  
ruptibilium, & omnia naturæ humanae indivi-  
dua adæquet, vel excedat?

## §. II.

*Duplici conclusione difficultas resolvitur.*

**D**ico primo, Angelorum multitudinem nu-  
merum specierum materialium excedere.  
Ita colligitur ex Dionysio de coelesti Hierarch.  
cap. 14. ubi ait (referente D. Thomâ hic art. 3.)  
Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, in-  
firmam & confititam excedentes nostrorum mate-  
rialium numerorum commensurationem. Quæ ver-  
ba de excessu multitudinis Angelorum supra  
omnia hujus universi individua non posse intel-  
ligi conflat ex dictis in secunda suppositione;  
Ergo Dionysius saltet intendit Angelorum  
multitudinem numerum specierum materia-  
lium excedere.

Nec valet quod ait Vazquez hic disp. 180.  
cap. 2. Dionylium non loqui de numero, ut ita  
dicam, numerato, sed numerante; id est illum non  
velle, quod Angelorum multitudine superet nu-  
merum specierum materialium & corruptibili-  
um; quæ sunt res numeratae, sed solum quod  
tanta sit, ut ad eam colligendam non satis va-  
leant notæ numerales, seu termini quibus ad nu-  
merandum homines uti solent.

Non valet, inquam, hæc responsio: Quia nu-  
meri numerantes non sunt materiales, sed intel-  
ligibiles: Atqui Dionysius loquitur de numeris  
materialibus, ut patet ex verbis allegatis: Ergo  
non loquitur de numeris numerantibus, sed nu-  
meratis, seu de ipsis speciebus rerum materia-  
lium & corruptibili, quæ sunt res numeratae.  
Et ita hunc locum Dionysii intellexit D.  
Thomas quasi. 6. de potentia art. 6. ubi ait:  
*Substantia incorporea, ut dicit Dionysius 14. cap.  
coelestis Hierarchie, omnem multitudinem specierum  
materialium transcendent. Et 2. contra Gent.  
cap. 92. ratione 5. Dionysius (inquit) 14. cap.  
coelestis Hierarchie docet quid numerus substantia-  
rum suprarum excedit omnem materiali multitu-  
dinem. Non ergo loquitur Dionysius de nu-  
mero intelligibili & numerante, ut dicit Vaz-  
quez, sed de materiali & numerato, seu de ipsis  
rerum materialium speciebus, ut ait S. Thom-  
mas.*

Eandem veritatem demonstrat idem S. Do-  
ctor, loco proximè citato, variis rationibus,  
quarum elegantissima hac est. *Ordo (inquit)  
universi exigere videtur, ut id quod est in rebus no-*

R 1 2 bilius,

## DISPV TATIO SECUNDA

36

bilis, excedat quantitate vel numero ignobiliora. Agnobiliora enim videntur esse propter nobiliora: unde oportet quod nobiliora, quasi propter se existentia, multiplicentur quantum posibile est; & ideo videmus quod corpore a incorrumpibilia, scilicet celestia, tantum excedunt corporalia, scilicet elementaria, ut hac quasi non habeant notabilem quantitatem in comparatione ad illa. Sic autem celestia corpora digniora sunt elementaribus, ut incorrumpibilia corruptibilis; ita substantia intellectuales omnibus corporibus, ut immobile & immateriale mobile & materiali. Excedunt igitur in numero intellectuales substantia separata, omnium rerum materialium multitudinem.

**35** Circa quem discursum (quod etiam utitur hic art. 3.) duo esse observanda moneret Ferratiensis in expositione illius capituli, ubi ait: *Circa excessum nobiliorum supra ignobiliora, intelligendum est primò, quod S. Thomas facit comparationem inter ea que per se pertinent ad perfectionem universi, ut dicuntur de veritate quest. 5. art. 3. Hac autem sunt que habent perpetuitatem, ut substantia intellectuale, corpora celestia, & species rerum corruptibilium, non autem talium specierum individua: idēc propositio S. Thome in his est intelligenda: quanto enim aliquod eorum que perpetuitatem habent est nobilis, tanto excedit quantitate vel numero ignobiliora. Intelligendum secundò, quod nobilis istorum duplicitate potest considerari: uno modo secundum gradus specificos tantum, ut scilicet illud dicatur nobilis, quod nobiliori differentiā specificā constituitur: alio modo secundum gradus ordinis rerum in universo, qui attenditur secundum diversos modos effendi; ut scilicet dicatur perfectius in rebus, quod ad superiorem & perfectiorem ordinem in universo pertinet. Cum ergo dicitur nobiliora in rebus sive excedere numero vel quantitate ignobiliora, intelligendum est non de nobilioribus secundum gradum specificum tantum, sed de nobilioribus secundum ordinem & modum effendi, scilicet de iis que ad superiorem modum effendi pertinent. Unde tollitur instantia qua fieri posset de auro, argento, lapidibus pretiosis, balsamo, & hujusmodi; que quidem sunt multis aliis corporibus nobiliora, & tamen neque magnitudine, neque multitudine alia excedunt: constat enim quod de ipsis non intelligitur propositio S. Thome, quia non sunt superioris ordinis in universo, quam alia corruptibilia, cum & ipsa de ordine corruptibilium sint, licet sint nobiliora secundum gradum specificum.*

**36** Dices, Multitudo animalium, aut etiam plantarum, incomparabiliter superat multititudinem omnium hominum; & tamen homines sunt incomparabiliter perfectiores animalibus & plantis, non solum quoad gradum specificum, sed etiam quantum ad modum effendi; cum illi secundum animam immortales sint & incorruptibles: Ergo non est verum, quod Deus ea quae sunt perfectiora, quantum ad gradum, seu quae superiorem & perfectiorem ordinem in universo obtinent, in majori multitudine creaverit, quam minus perfecta, seu ad inferiorem gradum pertinentia.

**37** Huic instantiae patet responsio ex iam dictis: Nam distinguendum est Antecedens, & consequendum de multitidine numerica animalium & plantarum; negandum vero de multitidine specifica: animæ enim rationales, quæ sunt, vel erunt, in multitidine excedunt species omnium animalium & plantarum, licet eorum individua non superent: ratio autem D. Thomæ (ut ex

Ferrariensi annotavimus) procedit de excessu multititudinis substantiarum intellectualium supra species, non vero supra individua rerum materialium & corruptibilium, ut aperte declarat S. Doctor in eodem capite ratione 4. his verbis: *Non videntur igitur esse minoris multitudinis forma que sunt extra materialia, quos diuersas substantias separatas, quam SINT SPECIES materialium rerum.*

Aliam egregiam hujus multiplicationis seu excessus ibidem proponit rationem, per quam ex eo quod genus intelligibile suæ naturæ videatur magis multiplicabile, quam corporum: siquidem numeri, dimensiones, figura, proportiones, corporum raritas, motuum velocitas, in ipsis corporibus tempore terminata sunt; in mente autem nullos certos fines habent, sed in immensum protenduntur.

Præterea demonstrari potest conclusio ex doctrina quam tradit infra quest. 113. art. 2. ubi docet cuiuslibet rerum materialium generi, & cuiuslibet ipsarum speciei, immo & cuiuslibet individuo naturæ humanae, ratione perpetuitatis quam gaudient, proprium & determinatum Angelum in custodiam assignari: ex hoc enim evidenter sequitur, Angelos multitudine in specierum rerum materialium & corruptibilium incomparabiliter excedere.

Dico secundò, probabile videri, Angelos se multè plures quam homines.

Probatur: quia juxta communem sententiam Patrum & Theologorum, ex una tantum Hierarchia designantur custodes hominum, & cuiuslibet hominum, suum proprium habet custodem, qui alterius hominis custos nec erit, nec fuit: Ergo haec sola Hierarchia ad minus ex quo numerum hominum: Ergo hi excedunt numero ab Angelis, ratione aliarum Hierarchiarum; exceptis etiam dæmonibus, quos in numerum Angelorum computamus in presenti.

Confirmatur ex revelatione S. Birgittæ, cui à B. Virgine dicitur significatum, pro quo libet homine plusquam decem Angelos reperi: ut refert Dionylius Carthusianus in cap. 14. Diuersi Areopagitz, de coelesti Hierarchia,

### ARTICULUS III.

*An sint, vel esse possunt plures Angeli in eadem specie?*

§. I.

*Premittitur quod apud omnes est certum, & refutatur sententie.*

**E**SUPONNO tanquam certum, contra quoddam antiquos Theologos, in natura Angeli posse reperi, & de facto dari diversitatem specificam; & per consequens omnes Angelos solomero non esse diversos.

Prima pars hujus suppositionis videretur omnino certa: Deus enim est infinitus in ratione substantiarum spiritualium, quemadmodum in omni alia perfectione: Ergo in tali ratione est infinita varietate participabilis, & imitabilis; & per consequens ab una specie creata intellectuialis substantia exhaustur seu ad aquatè participari nequit.

Conf.